Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

vel r(espon)s(io) quod non audet eis appropinquare pro more

ad ipsum. Unde Jacobus appropinquate deo
et appropinquabit vobis. quod secundum non quidam
noluit deo appropinquare. dicitur .n. quomodo
audeo deo appropinquare. Respondeo. aliquid
deum non est sicut aliquid principes terre
nos qui habent ministros et credunt ap-
propinquantes videri aut. attende non for-
mido cum non solum sit deus meus sed et pater
meus. quo aut filius patri non audet con-
fidenter appropinquare. Quod aut pater meus sit
omnium penitentium cum dicam pater meus et deus
pater meus est quia fide paterna non solum in filiis
tas ostendit et electos faciendo volun-
tate sua. Verum ostendit in reprobis et iniquis
Reg. ii. ii. R. xviii. Quod cum david esset
eiectus de regno suo per filium suum ab-
salon et david congregavit exercitum contra fi-
lium et filius contra patrem. pater ducibus ex-
ercitus precellentis contra filium mandavit
ipsis dicens. Servate mihi puerum absa-
lon et cetera. Pater eiectus de regno est deus
qui per filium .i. peccatorem enormiter eicitur
a regno anime quod secundo tantum. licet secundum peccatorem
et ledatur a filiis et turpiter eiciatur tamen
angelis suis mandavit de peccatore
d. Servate mihi puerum. q.d. Quotiens
me offendit tamen miseremini sui quia fi-
lius meus est et redemi eum sanguine
meo. In hoc apparet paterna fides sua
et pietas contra peccatorem quia ipsum et positum
in peccatis precepit angelis ipsum custodiri.
Set si filius iniquus est et amat corpus
bene respicere noluit flagellabit eum
in carcere infernali. Nos debemus deo (vel dominus)
appropinquare absque timore quia deus et
pater meus est. ¶ Secundum est quod adoravit
eum in quo non humilitas sua. Sic et
peccator si vult sanari debet humili-
tudinem exorare pro deo. Respexit orationem
humilium et non sprevit et cetera Jacobus humilibus
dat gratiam et in mathei. Serve nequam omne
debitum et cetera dixit de publicano ¶

¶ Tertium est quod dixit domine si vis po-
tes me mundare. per hoc ostenditur ipsum
habuisse plenam fidem. Sic et peccator si
vult mundari a peccatis oportet eum
habere plenam fidem. quia sine fide non
fit peccatorum remissio. Unde in mathei. dixit
dominus paralitico confide fili remittuntur et cetera
peccata tua. Rogemus. Dominica .iiii. ¶ ev. iiii.

Domine salva nos perimus et cetera mt.
viii. Verba ista sunt discipulorum
ad ipsum periclitantium in mari. in quibus
verbis tria notantur. ¶ Primo ipsius christi
potentia cum dicitur domine. quasi tu es
ille qui habes potestatem in mare. con-
cedendo illud. Unde Job. circumdedisti ma-
ri terminum suum et dixisti huc usque
venies et non procedes amplius. ¶ Secundo (vel ihesus significat tumentes fluctus)
ipsius benignitas. cum dicunt salva
nos. Non .n. sine causa vocatur ihesus .i.
salvator secundum quod nomen tuum est ut ope-
ris. ideo salus nostra in manu tua est
¶ Tertio discipulorum miseria cum dicunt pe-
rimus. Duo pericula inhebant discipulis
et pro eo clamaverunt ventus scilicet ve-
hemens et mare tumens et ideo navi-
cula operiebatur fluctibus et cetera. ¶
Surgit dominus ut voluntatem eorum
faciat eos imperat venti
et mari et fit tranquillitas et om-
nes eorum exaudiat et salvos fa-
ciat eos imperat venti et ma-
ri et fit tranquillitas magna.
¶ Notandum quod per mare in quo fuit
ihesus cum discipulis suis mundus aut
patet et non inmerito quia mundus mari
in multis assimilatur. ¶ Primo in hoc
quod mare cito de tranquillitate varia-
tur in tempestate et cetera. Sic fit
et mundus cito convertitur de prosperita-
te in adversitate quia qui hodie
dives est cras erit pauper. hodie
sanus cras infirmus vel mortuus.